Fragmentarium

cm 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13
Colour & Grey Control Chart
Blue Cyan Green Yellow Red Magenta
White Grey 1 Grey 2 Grey 3 Grey 4 Black

Eterna christi munera et martirum victorias laudes canentes
debitas letis canamus mentibus. Terrore victo seculi
penisque spretis corporis mortis sacre compendio vitam beatam
possident. Traduntur igni martires et bestiarum dentibus armata
sevit ungulis tortoris insani manus. Nudata pendent
viscera sanguis sacratus funditur sed permanent immobiles
Deus tuorum militum vite perhennis gratia. Te nunc
sors et corona premium laudes canentes martiris absol-
ve nexu criminis. Hic nempe mundi gaudia et blandimenta
noxia caduca rite deputans pervenit ad celestia. Penas
cucurrit fortiter et sustulit viriliter effundens sanguinem eterna
dona possidet. Ob hoc precatu supplici te poscimus piissime
in hoc triumpho martiris dimitte noxam servulis. Laus et perhennis
Martir dei qui unicum patris sequendo filium victis triumphas
hostibus victor fruens celestibus. Tui precatus munere
nostrum reatum dilue arcens mali contagium vite removens
tedium. Soluta sunt iam vincula tui sacrati corporis nos
solve vinclis seculi amore filii dei. Deo patri sit gloria
Iste confessor domini sacratus festa plebs cuius celebrat per
orbem hodie letus meruit secreta scandere celi. Qui pius
prudens humilis pudicus sobrius castus fuit et quietus
vita dum presens vegetavit eius corporis artus. Ad sacrum
cuius tumulum frequenter membra languentum modo sanitati quolibet
morbo fuerint gravata restituuntur. Unde nunc noster chorus
in honore ipsius hymnum canit hunc libenter ut piis eius meritis
iuvemur omne per evum. Sit salus illi decus atque virtus qui super
Iesu redemptor omnium perpes corona presulum in hac die clementius
nostris faveto precibus. Tui sacrati nominis confessor almus
claruit cuius celebrat annua devota plebs sollempnia.
Qui rite mundi gaudia huius caduca respuens cum angelis
celestibus letus potitur premiis. Huius benignus annue nobis
sequi vestigia huius precatu servulis dimitte noxam criminis.
Sit christe rex piissime tibi patrique gloria cum spiritu paraclito
Iesu corona virginum quem mater illa concepit que sola virgo [...]

1

Fit porta christi pervia referta plena gratia transitque
et permanet clausa ut fuit per secula. Genus super-
ni luminis processit aula virginis sponsus redemptor conditor sue
gigas ecclesie. Honor matris et gaudium immensa spes cre-
mart dentium [illegible] pocula nostra resolvit crimina. Maria [...]
mater [illegible] tu nos ab hoste protege et hora mortis suscipe. Me[...]
[illegible] virginum [illegible]
[...]tibi domine qui natus es de virgine cum patre et sancto spiritu
Ex more docti mistico servemus hoc ieiunium deni
dierum circulo ducto quater notissimo. Lex et prophete primi-
tus hoc pretulerunt postmodum christus sacravit omnium rex atque fac-
tor temporum. Utamur ergo parcius verbis cibis et potibus somni-
is et arctius perstemus in custodia. Vitemus autem pessi-
ma que subruunt mentes vagas nullumque demus callidi hos-
ti locum tyrannidis. Dicamus omnes cernui clamemus atque sin-
guli ploremus ante iudicem flectamus iram vindicem. Nostris malis
offendimus tuam deus clementiam effunde nobis desuper remissor
indulgentiam. Memento quod sumus tui licet caduci plasmatis
ne des honorem nominis tui precamur alteri. Laxa malum quod fe-
cimus auge bonum quod poscimus placere quo tandem tibi possimus hic et [...]
Christe qui lux es et dies noctis tenebras detegis luc-
isque lumen crederis lumen beatum predicans. Precamur sancte
domine defende nos in hac nocte sit nobis in te requies quie-
tam noctem tribue. Ne gravis somnus irruat nec hostis nos
surripiat nec caro illi consentiens nos tibi reos statuat.
Oculi somnum capiant cor ad te semper vigilet dextera tua
protegat famulos qui te diligunt. Defensor noster aspice
insidiantes reprime guberna tuos famulos quos sanguine mer-
catus es. Memento nostri domine in gravi isto corpore qui es de-
fensor anime adesto nobis domine. Deo patri sit gloria.
Clarum decus ieiunii monstratur orbi celitus quod christus
auctor omnium cibis dicavit abstinens. Hoc moy-
ses carus deo legisque lator factus est [...]
[...] Hinc Daniel [...]

License: cc-by – Leipzig, Universitätsbibliothek, Fragm. lat. 36, Vorderseite des Doppelblatts mit Farbkeil – Hymnarium (https://fragmentarium.ms/view/page/F-pvhz/128/2299)